

*Resp. ad 1. D.* Ex defectu successionis prophetarum postquam canon sub Esdra jam firmatus fuerat, C. alia de causa N. Canon Scripturarum divinarum, uti compertum est, sub Esdra, cooperantibus prophetis qui illa floruerunt aetate, firmatus fuerat (1). Hoc porro in canone si paucos tractus excipias, libri hebreice conscripti repositi sunt (2); quod reliquias qui vel aliena fuerant lingua exarati (3), vel posthac conscripti sunt, in magna semper veneratione penes Hebraeos extitisse, sive ante sive post Christum, exploratum est ex testimonio ipsius Josephi, qui ex defectu praedictae successionis saltem certae prophetarum, unice causam arecessit quare nec eamdem fidem, nec eamdem auctoritatem nacti sint hi libri ac primi in canonem Esdrinum relati obtinebant (4). Constat præterea id ipsum ex Thalmude in quo non solum ex illis testimonia allegantur velut auctoritas, sed aperte præterea inter hagiographa scripta recensentur (5). Quod igitur facere nequivit synagoga spiritu propheticō destituta, catholica effecti Ecclesia a Christo atque apostolis edocta, ac infallibilitate predita (6).

*Ad 2. D.* Id est Christus Dominus non commemo-ravit nisi Legem, Prophetas, et Psalmos, quia ita ferebat usus et distinctio quæ tunc temporis invalescebat,

protestantibus afferri consueverunt adversus libros deuterocanonicos, tum etiam ut occasionem haberent magis evolvendi quod ad hos libros spectat, corumdemque divinae auctoritatem.

(1) Omnes docti in ea convenient non a solo Esdra, sed præterea a cooperatoribus ejus qui magnæ synagogæ nomine donabantur, confectum canone fuisse.

(2) Tum in prophetia Jeremias, tum in prophetia Danielis partes occurruunt lingua chaldaica conscripte.

(5) Tales sunt liber Sapientiae, parvus, fragmenta seu ut vulgo dicuntur additiones libri Esther, pars deuterocanonica prophetica Danielis, que chaldaice tantum habentur.

(4) En verba Josephi ex lib. I. cont. Appionem n. 8. « Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula littera mandata; sed nequaquam tantum fidem et auctoritatem meruerunt, quantum superiores libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. » Edit. Havere. tom. II, p. 441.

(3) Sane in tract. *reralho*, fol. 48, in tract. *Herubim*, fol. 54, et 61. tract. *Hagigah*, fol. 12. tract. *Yebamot*, fol. 65. tract. *Ketubot*, fol. 110. tract. *Eaba-Kamma*, fol. 52. tract. *Baba-batra*, fol. 38-143. tract. *Sanhedrin*, fol. 100. bis. Item in *medrasch-rabbâ* sect. *Nikketz*, § 91, sect. *hereschit* § 8. allegatur textus ex libris quos nos deuterocanonicos vocamus tanquam ex libris sacris, ita ut mirum sit Jahnium in sua *archiol. germanica*. Vien. 1802. tom. I, p. 156, § 29, potuisse affirmare thalmudistas minime hosce libros allegare. In censu porro *Hagiographorum* eosdem libros a Thalmude referri aperte constat ex tract. cit. *baba-batra*, fol. 92, verso, ubi legitur: « Raba quisivit a Rabba-bar-Mari: unde provenit proverbum hoc i opulare: arbor sterilis decubital; et confert se ad arborem infruitosam (nempe juxta glossam Yarchi, qui sibi assimilatur similiorum); respondit: hoc scriptum est in lege, reputatur in prophetis, et iterum in hagiographis... In hagiographis enim dictum est: omnis ars ad similem sibi conjugetur. » Porro thosephot Chémara testatur hunc versum nusquam reperiiri in canone clauso, sed inveniri posse in libro Ben Sirah (Jesu filii Sirach). Reipsa hic textus legitur Ecclesiastici XIII, 20, nisi quod ibi legitur *caro* (animal), in Thalmude vero *avis*. Et haec quidem accepta referre debeo cl. Drach, qui in cognitione Thalmudis nemini facile secundus est, quique fortasse hoc de arguendo peculiariter dissertationem editurus est. Cf. præterea Jussensis in cit. *Herméneutique sacrée*, § 7, p. 52.

(6) Singularis protestantium agendi ratio est, qui adeo defuerunt synagoge ut ejus iudicio penitus acquiescant, quamvis infallibilitate destituta fuerint, contra vero insurgentem adversus Ecclesiam cui Christus ejus conditor solempniter ad eo pollicitationes fecit.

C. ad ceterorum librorum exclusionem N. Propositio affirmans non importat natura sua sensum exclusivum: ut igitur aliquid conficerent adversarii, deberent ostendere Christum alicubi eos reprobasse, quod tamen ipsi plane est impossibile.

*Ad 3. N. vel D.* Expressæ seu appellando ad aliquem librum peculiarem, Tr. æquivalenter N. Mirum nemini esse debet nullum in specie librum appellari a scriptoribus N. T. cum contraria tunc temporis consuetudo id non ferret: ut plurimum enim afferbantur effata ex libris sacris generatim tanquam ex *Scriptura*, aut apertis allusionibus contenti erant scriptores sacri quibus veluti digito indicabant ad quos libros sese referrent (1). Janviero non semel in libris N. T. apertæ ejusmodi allusiones occurserunt ad loca librorum deuterocanonicorum, e. g. *Luc.* XII, 19. — *Ecclesiastici* XI, 19. *Rom.* I, 20. *Sap.* XIII, 1. *Hebr.* XI, 54. — *I Machab.* II, 59. *Epist. Jac.* I, 12. — *Ecclesiastici* XIV, 18. *Ibid.* II, 4. — *Ecclesiastici* XLII, 1. et alibi passim. Cum igitur apertissime apostoli in scriptis suis vel iisdem phrasibus interdum utantur, qua in libris deuterocanonicis reperiuntur, vel dicta et historias allegent quæ nonnisi in iisdem referuntur libris, eadem plane ratione qua ad loca et historias alludent contentas in libris protocanonicis, quid de illis libris revera senserint abunde ostendunt.

*Ad 4. D.* Publico legebantur in ecclesiis ex versione Alexandrina libri deuterocanonicæ uti Scriptura divina juxta divinam et apostolicam traditionem, C. uti libri apocryphi, eaque sola de causa quod reperiuntur in versione Alexandrina N. Totum enim hoc systema nuper ab adversariis excogitatum, arbitriarum est ac manifeste falsum. Et sane certum est ex dictis 1. Hebraeos ipsos magna semper in veneratione hos libros habuisse, eosdemque in classem hagiographorum retulisse; 2. Christum et apostolos ex illis testimonia allegasse atque ad eos pluribus in locis allusisse; 3. uti ex dicendis patebit, antiquissimos patres ad eos libros tanquam divinos, divinamque Scripturam appellasse; 4. utramque ecclesiam orientalem pariter et occidentalem eosdem ut divina inspiratione conscriptos receperisse. 5. Si ex versione

(1) Satis est aperire sacros codices N. T. ut appareat siccissime vel allegari vel aliud ad libros V. T. quin expresse de illis fiat specialis mentio, et nihilominus non solum sententiae, sed saepè verba ipsa afferuntur; idque ipsum factum est quod libros deuterocanonicos. Ceterum apposite C. E. F. Moliniæ, auctor et ipse protestans ac Genevensis, in op. *Notice sur les livres apocryphes de l'Ancien Testament*, Genève, 1828. in rem nostram scribit in considerationibus generalibus: « Mais, quelles que soient les causes accidentelles qui auront empêché d'ajouter de nouveaux livres au canon rédigé du temps d'Esdras... il nous semble que la synagogue de Judée, telle qu'elle était devenue, n'était plus seule compétente sur ce sujet, et que l'Eglise chrétienne, qui lui succéda, eut aussi cette compétence, comme la synagogue, du temps d'Esdras avait été juge des écrits antérieurs, même de plusieurs siècles. Or, nous avons vu quel cas les docteurs de l'Eglise primitive ont fait des livres que nous regardons maintenant comme apocryphes... et de plus nous avons vu que les apôtres y font de fréquentes allusions, alors même qu'ils ne les nomment pas, comme ils ne nomment pas tous les livres de l'Ancien Testament qu'ils citent. »

Alexandrina factum esset, prout adversarii autumant, ut spectati fuerint uti canonici ac divini libri deuterocanonicæ eo quod in ecclesiis legerentur ad adificationem, tanquam divini et canonici recepti pariter fuissent tertius saltem Esdra, et III, et IV. Machabœorum qui reperiabantur quoque in eadem Alexandrina versione, dum tamen isti rejecti ut apocryphi plane sunt (1). Quaquaversus igitur species novum hoc systema, patet esse falsum et ad arbitrium constitutum. Hac porro machina dissoluta, sua veluti sponte corrunt quæ ex ejusmodi hypothesi ab adversariis sunt superstructa.

*Ad 5. D.* Id est solemní decretó eos libros ecclesie per id temporis non retulerunt in canonem, ac proinde sub hoc respectu eamdem non tribuerunt extrinsecam auctoritatem libris deuterocanonicis ac tribuerint protocanonicis, C. eosdem non spectarunt tanquam libros divinos Scripturamque sacram N. Latius namque patet notio libri canonici quam libri divini: omnis quippe liber canonicus divinus est, seu divinitus inspiratus, quo fit ut passim etiam a veteribus haec promiscue voces usurpentur, at non econtra, cum possit aliquis liber divinus esse quin canonicus item sit, cuiusmodi profecto erant libri qui postea in canonem ab Esdra ejusque cooperatoribus adsciti sunt. Sic libri de quibus agimus censebantur quidem libri divini, at cum Ecclesia solemní decreto, ut paulo ante diximus, eos in canonem non retulerit, canonicæ nec erant nec dici poterant. Hoc sensu apprime intelliguntur quæ contraria videntur de his libris ab Ecclesiæ patribus affirmari. Interdum enim, ut mox videbimus, istos libros tradueunt veluti dubiae auctoritatis; negant eamdem illis inesse auctoritatem quam habent libri canonici; pronuntiant inservire eos quidem adificationi, dogmatibus autem quæ in contentionem veniunt confirmandis minus idoneos esse; interdum etiam ad apocrypha scripta illos ablegare videntur (2); atamen iudem ipsi libri hosce alibi vocant *Scripturam*, illorum auctores *prophetas* dicunt, iis inimituntur ad adstruenda fidei dogmata, libros appellant divinos, aliaque ejusmodi de ipsis pronuntiant.

(1) Etenim in editione versionis græcae LXX. quæ jussu Sixti V. opera card. Antonii Carafa juxta vaticinum codicem adornata est, ac iterum recusa Lutetia Paris. 1628. tres libri Esdra reperiuntur ita dispositi, ut liber I. qui inscribitur ἡγιαγία sive *sacerdos* respondeat libro Esdra tertio, secundus respondeat nostro libro primo, liber Nehemias seu juxta nos etiam Esdra secundus respondeat tertio in vers. LXX. Et eadem ratione leguntur in editione LXX. quæ ad fidem codieis Alexandrina sive Londiniensis adornata est a J. Ernesto Grabe, et iterum a J. Jacobo Breitingero Tiguri Helvetiorum an. 1751. Rursum in editione Romana, et Parisiensi græcae LXX. versionis tres habentur Machabœorum libri, qualiter autem in editione quæ ad fidem exemplaris cod. Alexandrinæ a Grabe et Breitingero recusa est.

(2) Multiplicem sensum hujus vocis *apocryphi* tum apud veteres tum apud recentiores scriptores multa eruditione declarat Justus Fontaninius, op. cit. *de antiquitatibus Mosis*, lib. II. cap. 5. § 5. quæ illi recoli possunt. Ad rem nostram quod specialiter, perinde est liber *apocryphus* ac non ab omnibus probatus, cuiusmodi erant libri quos nunc deuterocanonicos vocamus; ab Eusebio vero Hist. eel. lib. III. cap. 25. ἀποκρύπτων dicuntur ad distinctionem eorum quos ipse vocal ἀποκρύπτων, qui omnium consensu recepti erant.

Quomodo haec inter se componuntur? Neque eamquam apposuimus distinctione inter libros canonicos et divinos. Quæ namque primo loco ex patribus attulimus intelligi debent relate ad canonicitatem, qua libri nostri destinati erant, et ad extrinsecam quamdam auctoritatem qua scilicet carebant defectu testimonii solemnis ipsius Ecclesie: quæ vero secundo loco adduximus, Ecclesia mentem circa eorumdem divinam inspirationem ac intrinsecam vim patefaciunt (1).

*Ad 6. N.* Haec pariter nova theoria adversariorum nostrorum omni est fundamento destituta. Non agebatur quippe de abuso aut præveniendo, aut coercendo, cum Melito Sardianus aliqui canonem ediderunt: sed res erat de veteri Hebraeorum canone cognoscendo, et patefaciendo. Hac de causa Melito peregrinationem suam in Orientem suscepit, nec tam canonem Hebraeorum omnino perfectum exhibuit (2). Origenes item profitetur se Hebraeorum canonem exhibere (3). Concilium Laodiceænū utpote particolare solos recensuit libros *canonicos*, qui nempe continebantur in canone Hebraeorum omnium consensu recepto, adjecto tamen libro Baruch; de reliquis manuit silere donec ab Ecclesia universalis aliquid decerneretur (4). Ne vero longiores simus, eadem aptari debet responsio patribus sive orientalibus sive occidentalibus qui nobis objiciuntur, quorum etiam scopus unicus fuit in suis catalogis librorum canoniconum eos tantum recensere qui in canone Hebraeorum continebantur, quia reliqui, nondum canone ab Ecclesia confecto, re ipsa canonici nequaquam erant (5).

Ceterum ut positivis testimoniis elucescat veritas nuper datae distinctionis inter libros canonicos et divinos, nonnulla hic subjicere præstet.

(1) Vel ex hac sola animadversione aperte deducitur vanum esse protestantium difficultatem, quod si Ecclesia statuit de canone Scripturarum, ipsa superior efficaciter ipsi Scripturam. Etenim per conjecturam canonis Ecclesia nihil aliud præstat, quam solemnē edere testimonium circa divinitatem quam agnoscit in sacris litteris juxta antiquam traditionem, nosque certiores reddi quinam censendi sint libri divini, quinam vero ab hoc numero exclusi. Nihil proinde intrinsecum adlit ipsi Scripturis.

(2) De scopo Melitonis scribentis ad Onesimum haec habet Eusebius Hist. eel. lib. IV, c. 26. « Universo veteri Testamento libros, qui omnium consensu recepti sunt, statim in principio operis recusat. » Omitit toro in hac recensione Melito librum Esther, qui tamen, saltem quoad primam partem, certe canonicus semper habitus est.

(3) Etenim loc. cit. ex comment. in ps. I ita scribit Origenes: « Sunt autem viginti duo libri juxta Hebraeos hi: primus qui a nobis Genesis dicitur, » etc. opp. edit. De la Rue, tom. II, pag. 529.

(4) Celebrat enim concilium istud juxta verisimiliorē sententiam an. 372. Cf. Cabassutum, *Notitia concil.* in hanc synodus, item Harduin. *Acta conc.* tom. I, col. 778. Convenerunt autem ad hoc concilium patres viginti duo, non autem, ut scribit Dombre, trenta-deux. Quodlibet libri N. T. omnes recenset præter A. ocalypsim: jamvero si protestantibus esset auscultandum, qui urgunt concilium Laodicenū ut opponant decreto Tridentino, debetur et canone expungi hic liber quem tamen ipsi recipiunt. Cf. Cabassut. op. et loc. cit. ad can. LIX. Et hac quidem in hypothesi de veritate can. LX. hujus concilii, quem tamen haud spondens rationibus nonnulli critici uti adscitum habent.

(5) Intelligi id debet de Ecclesia universalis, seu de canone qui universam Ecclesiam adstringeret; nam de ecclesia romana, nullum dubium, ut ex dictis patet, quod semper suum canонem habuerit.

Origenes in celebri ad Africatum epistola non in eo solum totus est ut veluti genuinam ac sacram historiam vindicet Suzanne, sed insuper alios libros, librorumque partes quae in canone Hebreorum non continentur, ut hymnum trium puerorum, historiam Beli et Draconis, et sic vocata *additamenta Esther*, concludit: « Tempus est igitur, si hac nos non latent, abrogare, que in ecclesiis feruntur exemplaria, et fratribus lege precipere, ut abjectis quos penes se habent, *sacris libris*, adulando Judaeis persuadeant ut nobis puros, et qui nihil habeant signent, impertiant » (1). Testatur præterea ecclesia Tobia uti (2). Profert demum auctoritates ad veritates fidei constabiliendas ex libris Machabæorum (3), ex libro Sapientie (4) et ex Ecclesiastico (5).

S. Cyrilus Hierosolymit. passim ex libro Sapientie, quem etiam Salomonis vocat (6), tum ex Ecclesiastico (7), ex Baruch quem prophetam dicit (8), atque ex postremis Danielis capitibus testimonia tanquam ex Scriptura divina promit (9).

Verus item Athanasius (10) non solum ex eisdem libris adducit testimonia ad ea quæ fidei sunt asseveranda, sed ea præterea utitur formula apud veteres usitata ad Scripturas divinas significandas, scilicet: *Sicut scriptum est* (11).

Nee sese aliter gessit s. Gregorius Nazianzenus, qui passim deuterocanonicos libros adducit quos *Scripturam* vocat; explanatque si que sint eorum lo-

(1) Ἐπα τοῖν, εἰ μὴ λαζάριν ἡμῶν τὰ τοιάτια, διὸ εἰν τὰ τοῦ λαζαρίου περιόδους, καὶ νομοθέτην τῆς διάστασης αὐτῶν τοῦ αὐτοῦ λαζαρίου; λεπῆς βλέψοντες, καὶ λαζαρίου δι' ἱσοδιανού, καὶ τελεῖ τα πραγμάτων ἡμῶν τῶν καθαρῶν, καὶ μόνη πλάκα βάτυνον. n. 4. ed. Maur. opp. tom. I.

(2) Ibid. n. 13.

(3) Exhort. ad martyr. n. 22. seqq.

(4) Lib. III. cont. Celsum, n. 60. et alibi passim.

(5) Ibid. lib. IV. 28. et alibi; vide indicem locorum s. Scripturarum ad calcem uniuscujus voluminis.

(6) Catech. IX. num. 2. ed. Toussaint et alibi.

(7) Catech. VI. num. 4. Catech. XI. n. 19. etc.

(8) Catech. XI. n. 45. ubi scribit: *audi prophetam dicendum: hic est Deus noster*, etc. et alibi.

(9) Catech. XVI. n. 51. ubi agit de historia Suzanne, et addit: *scriptum est enim: γέραται γέρει* et adducit verba quæ leguntur Dan. XIII. 45. *Suscitavit Deus spiritum sanctum in pueri iuvenculo*. Porro phrasis *scriptum est* tum ex usu Scripturarum, tum ss. patrum, ad denotandas Scripturas divinas usurpat, ut notum est.

(10) Dixi: *verus Athanasius*, siquidem critici compertum est Synopsis auctorem minime Athanasium esse. Cf. Maurin. edit. adnotacionem tom. II. opp. p. 124 seq. Attamen nostre Doubt Athanasius eam tribuit. At nec sapientia iuveni candidato donanda sunt cum pluribus aliis.

(11) Hac enim phrasis utitur s. Athanasius in ep. III. ad Serapion. n. 4. allegans verba Sapientiae 1. 7. et in *apolog. ad Imp. Constant.* n. 17. adducens verba ex Tob. IV. 19. Insuper afferens ex epistola s. Alexandri sed conscripta in *apolog. contra Arianos* n. 66. verba Ecclesiastici XXXI. 4. scribit: « Ait quodam in loco *sacra scriptura*: *mortuus est enim pater eius, quasi non esset mortuus*. Ex quibus duplex habemus testimonium Athanasii et Alexandri pro divina auctoritate Ecclesiastici; et allegans in epist. *de decretis Nicenis*, n. 12. verba Baruch III. 12. scribit: « *Verbum nostrum Israelum oburgans ait*, etc. Alibi vero eundem adducit sub nomine Jeremie, passim verba ex deuterocanonicis proferens conjungit, nullo discrimine facto, cum verbis Petri, Pauli, Davidis, etc. Cf. indicem locorum Scripturarum sub fine vol. I. Ceterum si standum esset auctoritatibus Synopseos, debemus et censu protocanonicorum expungere librum Esther, ac recensere inter protocanonicos partem illam prophetice Danielis quæ complectitur historiam Suzanne, ut alia omittam. Cf. tom. II. op. s. Athanas. p. 120 seqq.

ca addueta ab hereticis (1) quin uspiam divinam eorum auctoritatem in dubium revoget.

Idem præstidit s. Epiphanius confundens hereticos qui nonnullis horum librorum textibus abutebantur; siquidem eos ut divinos admittit, *Scripturam expresse vocat*, atque explanat (2).

S. Amphilius ex prophetia Baruch et ex libro Sapientie velut divinis Scripturis profert testimonia, quin tamen eos libros suo in canone recensuerit (3).

Quod vero de patribus graecis qui nobis objiciuntur, dici pariter debet de patribus latinis, qui quamvis canonem contextuerint Hebreorum, nibilo secus constanter assertur testimonia velut ab auctoribus *theopneustis* ex libris nostris, ut de Hilario certum est, etiam cum agitur de dogmaticis disceptationibus (4).

Ruffinus inter ecclera criminis verterat Hieronymo quod in pref. ad librum Danielis visus esset partem deuterocanonicam responde, a qua s. doctor gravissimis hisce verbis se purgat: « Quod autem refero, quid adversum Suzanne historiam, et hymnum trium puerorum, et Belis, Draconisque fabulas, quæ in volume hebreo non habentur, Hebrei solent dicere, qui me criminali, stultum se sycophantam probat. Non enim quid ipse sentire, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicavi » (5); qui præterea allegans verba ex libro Sapientie hac utitur phrasi: *Dicente Scriptura*: In perversam animam non introbit sapientia » (6), et de Ecclesiastico ait: « *Divina Scriptura loquitur*: musica in luctu intempestiva narratio » (7). Jam vero hanc Ruffini et Hieronymi agendi ratio aperte ostendit quid ipsi senserint de his

(1) Ἐπα τοῖν, εἰ μὴ λαζάριν ἡμῶν τὰ τοιάτια, διὸ εἰν τὰ τοῦ λαζαρίου περιόδους, καὶ νομοθέτην τῆς διάστασης αὐτῶν τοῦ αὐτοῦ λαζαρίου; λεπῆς βλέψοντες, καὶ λαζαρίου δι' ἱσοδιανού, καὶ τελεῖ τα πραγμάτων ἡμῶν τῶν καθαρῶν, καὶ μόνη πλάκα βάτυνον. n. 4. ed. Maur. opp. tom. I.

(2) Ibid. n. 13.

(3) Exhort. ad martyr. n. 22. seqq.

(4) Lib. III. cont. Celsum, n. 60. et alibi passim.

(5) Ibid. lib. IV. 28. et alibi; vide indicem locorum s. Scripturarum ad calcem uniuscujus voluminis.

(6) Catech. IX. num. 2. ed. Toussaint et alibi.

(7) Catech. VI. num. 4. Catech. XI. n. 19. etc.

(8) Catech. XI. n. 45. ubi scribit: *audi prophetam dicendum: hic est Deus noster*, etc. et alibi.

(9) Catech. XVI. n. 51. ubi agit de historia Suzanne, et addit: *scriptum est enim: γέραται γέρει* et adducit verba quæ leguntur Dan. XIII. 45. *Suscitavit Deus spiritum sanctum in pueri iuvenculo*. Porro phrasis *scriptum est* tum ex usu Scripturarum, tum ss. patrum, ad denotandas Scripturas divinas usurpat, ut notum est.

(10) Dixi: *verus Athanasius*, siquidem critici compertum est Synopsis auctorem minime Athanasium esse. Cf. Maurin. edit. adnotacionem tom. II. opp. p. 124 seq. Attamen nostre Doubt Athanasius eam tribuit. At nec sapientia iuveni candidato donanda sunt cum pluribus aliis.

(11) Hac enim phrasis utitur s. Athanasius in ep. III. ad Serapion. n. 4. allegans verba Sapientiae 1. 7. et in *apolog. ad Imp. Constant.* n. 17. adducens verba ex Tob. IV. 19.

Insuper afferens ex epistola s. Alexandri sed conscripta in *apolog. contra Arianos* n. 66. verba Ecclesiastici XXXI. 4. scribit: « Ait quodam in loco *sacra scriptura*: *mortuus est enim pater eius, quasi non esset mortuus*. Ex quibus duplex habemus testimonium Athanasii et Alexandri pro divina auctoritate Ecclesiastici; et allegans in epist. *de decretis Nicenis*, n. 12. verba Baruch III. 12. scribit: « *Verbum nostrum Israelum oburgans ait*, etc. Alibi vero eundem adducit sub nomine Jeremie, passim verba ex deuterocanonicis proferens conjungit, nullo discrimine facto, cum verbis Petri, Pauli, Davidis, etc. Cf. indicem locorum Scripturarum sub fine vol. I. Ceterum si standum esset auctoritatibus Synopseos, debemus et censu protocanonicorum expungere librum Esther, ac recensere inter protocanonicos partem illam prophetice Danielis quæ complectitur historiam Suzanne, ut alia omittam. Cf. tom. II. op. s. Athanas. p. 120 seqq.

(12) Comment. in cap. 18. Jerem. v. 18. ed. Valla. tom. IV. col. 972.

(13) Epist. CXVIII. n. 1. ed. Valla. tom. I. col. 788.

libris, quanquam ob allatum motivum e canone exciserint, imo Hieronymus inter apocrypha ableget, id est *hagiographa ex mente Judæorum* (1). Ex his novis quid sentiendum de hereticis adversariis quando firma adeo fronte nobis opponunt.

Ad 6. D. Qui allegant hos libros veluti *Scripturam*, putandi non sunt eos in pari gradu habuisse ac libros canonicos quoad auctoritatem *extrinsecam*. C. quoad auctoritatem *intrinsecam* N. Certe de libris protocanonicis nunquam dubitatio exorta est utpote in canone ab Ecclesia universalis recepto contentis: quoad reliquos vero cum exploratum sit non paucos, sed universum prorsus uti divinos et *Scripturam* sacram seu divinitus inspirata hos libros habuisse, eos uti *Scripturam* allegasse etiam adversus hereticos pugnantes, imo et allegatos ab ipsis et hereticis veluti *Scripturam* fuisse, dubitare nefas est quin eamdem intrinsecam ipsis auctoritatem tribuerint. Cum tamen hactenus Ecclesia universa nullum canonom consecravit, ideo sub hoc respectu juridicam, ut ita dicam, ac authenticam eamdem auctoritatem minime tribuisse, ac protocanonicis adjudicatur. Quod vero adjicetur discremen inter libros *canonicos* et *ecclesiasticos*, quod isti tantum legerentur in ecclesiis, somnum adversariorum est. Nam si quandoque distinguuntur libri inter *canonicos* et *ecclesiasticos*, ideo est quia primi in canone recepti essent, ceteri uti divini haberentur ex ecclesiasticis usu quæ factio ipso patefecerunt eos in censu divinorum habere, non autem ex sola lectione ad adiunctionem fidelium.

Etenim libros nostros veluti *Scripturam* divinam allegant Clemens Rom. (2); Barnabas (3); Hippoly-

(1) Ex paulo ante dictis n. 52. et nota apposita, luculentissime constat, Hebreos inter hagiographa recensuisse libros deuterocanonicos; merito proinde Jahn in sua Archaeologia biblica germanica, Viennae 1802. § 29, arguit Martianum, quod contra sanam criticam, non obstantibus pluribus codicibus magna auctoritas, contra sensum doctorum hominum, correxit quod legitur in parallelis, prologis s. Hieronymi in lib. Tobiae et Judith *hagiographa in apocrypha*. Martianum sequens est Vallarsius, qui pluribus argumentis lectionem Martiani communire natus est. Ast perperam, ut ex dictis liquet. Nec ipsi faveat quod scribit Origenes in epist. ad African. n. 15. ed. Maur. tom. I. pag. 730. Nam si bene attenderat ad verba Origonis, non absolute affirmat Hebreos, libros Tobiae et Judith inter apocryphos computare, sed solum eos in apocryphis hebreis non habere; in ejus verba: *περὶ τὸν τόπον οὐκέτι τὸν τόπον τοῦ Τοβίαν οὐδὲ τὸν τόπον τοῦ Ιωακήλου οὐκέτι τὸν τόπον τοῦ Αντωνίου τοῦ Παύλου*. Quae sic vertuntur a De La Rue. « Verum nos oritur scire Hebreos Tobiae non uti (id est publice non legitur in synagoga), neque Judith. Nec eum hos libros *etiam in apocryphis hebreis habent*, ut ab ipsis didicimus. » Ad librum vero Judith in specie quod altinet, certum est nunc ab Hebreis ejus historiam in synagogis legi primo sabbato octo dierum festi dedicationis (enceniorum), et partem constitutere officii publici matutini. Vid. *Yotser Leshabbat Tishchen schel Hamaica*.

(2) Epist. I. Cor. cap. 4. allegat testim. ex lib. *Sapient.* II. 24. cap. 9. ex lib. *Ecclesiastici* XLIV. 17. cap. 55. ex *Judith*, etc. Apud Coteler. tom. I. Item in epist. II. *de virginit.* cap. 15. ubi testimon. profert ex Dan. XIII. De quibus duabus epistolis *De virginitate* cf. Galland. tom. I. Biblioth. PP. Proleg. cap. 1. sect. 12. In priori autem libro *Epist. II. Machab.* vocat *scripturam divinam*, etc. Ex his patet universus antiquitatem, patres graecos et latines veluti *Scripturam*, *Scripturam* divinam, divina oracula, etc. libros deuterocanonicos allegasse, quamvis inter canonicas Scripturas non recensuerint, eo quod, ut diximus, præter priorem canonom ab universa Ecclesia receptum, nullus alius solemni judicio confectus fuerit.

(3) *In vita et pass. s. Cypriani* § 10. ubi ex lib. *Tobiae* profert testim. Cf. apud Ruinart *Acta MM.* ed. Veron. 1751. pag. 183.

(4) *In Disput. cum Manete hæresiarcha*, § 29. allegat ex lib. *Sapient.* I. 19. et quidem in disputatione dogmatica. Cf. apud Galland. *Bibl. PP.* tom. III. p. 587.

(5) Inter alios enī addi possent auctor tractat. anonymi ad Novatianum. *De spe venie non neganda* apud Galland. tom. III. p. 576. qui citat tamquam divinam *exhortationem* verba *Ecclesiastici* II. 11-15. Eundem librum vocat Origenes hom. IV. in *Exod.* § 5. *scripturam*, et hom. VIII. § 4. ejus auctorem vocat *prophetam*; auctor *Constit. apost.* qui præter imperi recensuit libros, adducit lib. V. cap. 20. Baruch III. 36. Cf. apud Coteler. tom. I. S. Cornelius in epist. XII. ad s. Cyprian. apud Galland. tom. III. pag. 555. librum II. Machab. vocat *scripturam divinam*, etc. Ex his patet universus antiquitatem, patres graecos et latines veluti *Scripturam*, *Scripturam* divinam, divina oracula, etc. libros deuterocanonicos allegasse, quamvis inter canonicas Scripturas non recensuerint, eo quod, ut diximus, præter priorem canonom ab universa Ecclesia receptum, nullus alius solemni judicio confectus fuerit.

sub finem sec. IV. aut sub initium sec. V. nihil aliud secerunt quam in unum demum canonem redigere libri qui hactenus tacito vel expresso ecclesiarum consensu et usu uti divini ex antiqua traditione habentur. Dicitur enim in cone. Carthaginensi VI. an. 409. celebrato: « Quia a Patribus ista accepimus in Ecclesia legenda » (1) : et tamen dicuntur libri divini, Scripturæ canonicae, qua sola animadversione totum aerum adversariorum aedificium de distinctione inter libros canonicos et ecclesiasticos plane labefactatur. Ruit insuper simul quod adjicitur de oppositione ecclesiae Africanae contra auctoritatem orientalis ecclesiae et s. Hieronymi; de deceptione s. Augustini, Tertulliani ac Cypriani, addere poterant et aliorum omnium quos magno numero paulo ante recensuerunt una cum pontifice Innocentio I. qui eudem canone tradidit Exuperio Tolosano (2), et Bonifacio qui africanum canonem probavit; isti porro omnes decepti turpiter sunt tanquam totidem stolidi, ne dicantur decepti sapientes et acuti haeretici nostri (3).

*Ad 8. N.* Siquidem s. Augustinus cum fatetur solos protocanonicos in canone Hebraeorum extitisse, idem dixit quod alii omnes ante se jam dixerant eademque ratione ac illi se gesserant, se pariter gessit quod alios libros in illo canone non contentos. *Falsum* est s. Augustinum in libro *Retractionum*, excusare se quod tanquam prophetam, seu auctorem inspiratum recensuerit auctorem Ecclesiastici: sed solum abjudicat Salomon, cui tum Sapientiam, tum Ecclesiasticum tribuerat (4).

*Ad 9. Neg.* Hanc illationem utpote ex falso supposito derivatam, ut abunde liquet ex dictis; hac enim non est theoria sive Augustini sive Africanorum, sed adversariorum nostrorum. Idem dic circa ea quae de posterioribus scriptoribus affirmant adversarii, quod non satis adverterint ad systema a nostris protestantibus nunc demum excoxitatum, ac de errore commentatio quem sanxit Tridentinum, quin dutius his insistamus.

*Ad 10. D.* Id est non defuerunt, qui nondum canone ab Ecclesia universalis confecto excluderent a censu canonorum librorum aut aliquos aut omnes libros deuterocanonicos, aut saltem de nonnullis dubitarent, Tr. vel C. ademerunt his libris divinam auctoritatem, juxta dicta, N.

*Ac 1.* non admodum sincere proferunt adversarii nostri quae ex Junilio Africano objiciunt. Nam non

(1) Apud Harduin. *Acta conc.* tom. I, col. 968. ubi cf. adnot. Harduii ad can. 47, conc. 5. Carthag.

(2) Dixi: Exuperio tolosano; nam eruditus adversarius Exuperium dicit episcopum Toletanum, Ev. de Tolède (pag. 28).

(3) Semper mira est haereticorum agendi ratio; si enim aliquid ipsi arridet, nullo licet aut paucorum testimonio innixi illud amplectantur; si non placet, etsi conspiret universa antiquitas in eo stabiliendo, omnino respuunt; siquidem ipsi sunt judices supremi.

(4) En eius verba ex lib. II. *retract.* cap. 4, n. 2. « De auctore libri quem plures vocant Scripturam Salomonis, quod etiam i sum sicut Ecclesiasticum Jesus Sirach scripsit, non ita constare, sicut a me dictum est, postea didicis, et omnino probabilius compri non esse hunc eius libri auctorem. »

Judith solum et libros Machabaeorum collocat inter libros mediae auctoritatis, sed libros præterea Paralipomenon, librum Job, duos Esdræ, et librum Esther (1), deque his præcise pronuntiat quod non inter canonicas Scripturas currunt, quoniam apud Hebreos quoque super hac differentia recipiebantur. Ex hoc solo loco specimen habemus tum doctrinæ hujus auctoris, tum bona, ut aiunt, fideli adversariorum, qui illum nobis objiciunt, ne ceteri persequamur.

*Falsum* etiam est quod de catalogo Scripturarum in vigesimo primo Capitulari Caroli M. dicitur; nam non aliud de Scripturis sacris ibidem invenitur, quam admonitus ut sacerdos Dei de divina Scriptura doctus sit, ac totum Psalterium memoriter teneat (2).

S. Gregorius M. libros Machabaeorum vocat non canonicos per oppositionem scilicet ad canonem Hebraeorum (3) juxta dicta.

Eodem plane sensu loquitur Hugo a s. Victore qui recensuit solum Hebraeorum canonem (4).

Sincere non assertur quod ex Jo. Beleth objicitur; nec enim ipse scribit: *Hos non recipit Ecclesia, sed Verum hos quatuor QUIDAM non recipiunt, Ecclesia tamen eos approbat* (5); et hinc novum specimen sume bone fidei adversariorum Ecclesiae.

Jo. Saresberiensis sibi tantum proposuit describere ex s. Hieronymo canonem Hebraeorum, ut ipse declarat (6). Loquens vero de libris Tobie, Judith, et Machabaeorum qui non sunt recepti in canone (nempe Hebraeorum) quia fidem, inquit, et religionem aedificant, pie admissi sunt, scilicet ab Ecclesia (7), demum concludit, omnium V. et N. T. librorum unum eundemque auctorem esse Spiritum sanctum (8).

In Glossa ordinaria, pariter canon Hebraeorum ex auctoritate Hieronymi præponitur, neque, ut aiunt adversarii, in posterioribus editionibus an. 1506. tractus qui contrarii sunt canonicitati apocryphorum (deuterocanonicorum) omissuntur (9); siquidem nulla erat ejusmodi omissionis ratio.

Ita etiam Hugo de s. Charo, qui canonem exhibit Hebraeorum, et ad mentem s. Hieronymi vocat apocryphos, sive hagiographos libros in canone non con-

(1) Cf. op. cit. *De part. div. legis*. Paris. 1556. cap. 3, collat. cap. 7. Animadversum præterea est hunc auctorem recensere inter libros perfectæ auctoritatis librum Ecclesiastici (cap. 5), et inter libros medie auctoritatis *canticum cantorum* (ibid.).

(2) Cf. apud Harduin. *Acta conc.* tom. IV, col. 961.

(3) Cf. Praefat. general. edit. Maur. opp. tom. I, § 16. ubi ipsi hanc difficultatem jamdui a Molinæ objectam disjiciunt.

(4) Cf. opp. ed. Venet. 1583. tom. I. *De scripturis*, etc. cap. 6 et 7. ubi recenset juxta can. Hebr. libros XXI.

(5) Cf. *Hujus lib. officiorum explicationem ad calcem Rationalis div. offic.* Guillelm. Durandi. Venet. 1577. fol. 353, 2.

(6) Relato enim ex s. Hieronymo Hebraeorum canone subdit: « Et haec quidem inveniuntur in Prologi libri Regum, quem Hieronymus vocat *galeatum principem omnium Scripturarum* que ab ipso de fonte Hebraeorum manaverunt. » Cf. in *Biblioth.* Patr. Lugd. 1677. tom. XXII, pag. 468, col. 1.

(7) Ibid. pag. 469, col. 1.

(8) Ibid. col. 2.

(9) Sane in Bibliis sacris cum *Glossa ordinaria* Lugduni editis an. 1590. ac Sixto V. nuncupatis, prologus de canonis et non canonis libris eadem prorsus ratione legitur tom. I.

tentos, declaratque eos ab ecclesia recipi (1).

Guillelmus Ocham nec verbum hoc de arguento habet in objecto loco (2). Lyranus verbis utitur s. Hieronymi eodemque in sensu loquitur (3). Hornei jurisconsulti opus mihi comparare non potui; at præterquam quod obscuri jurisconsulti sec. XIV. auctoritas hac in parte nimis exigua est, ex analogia licet concidere illum a ceteris non dissentire.

Dum videtur s. Antoninus non aliam tribuere auctoritatem libris deuterocanonicis quam eam quæ doctoribus competit Ecclesiae, intelligi debet in ordine ad auctoritatem extrinsecam et canonicae nondum solemni Ecclesiae decreto illis libris tributam; instrutio enim ab Eugenio IV. Armenis data est, absoluto concilio Florentino. Utitur autem verbis s. Hieronymi quod libros in canone Hebraeorum non contentos, et proficitur Ecclesiam hos libros recipere juxta datam superioris a nobis distinctionem (4).

Idem de Tostato dixeris, qui tamen fatetur libros deuterocanonicos ab Ecclesia recipi uti authenticos (5).

(1) Sic enim scribit in *postillam super lib. Tobie*: « Dicimus quod Hieronymus accepit hic diffusus hagiographa: ut scilicet includat apocrypha, quæ ab ecclesia recipiuntur: quorum veritas manifesta est, sed auctor ignoratur, ut est Ecclesiasticus, Sapientia, Judith, Machabaeorum, Tobias, Pastor. » Cf. opp. edit. Venet. 1600. tom. I, fol. 573, 2. col. 4.

(2) Etenim adversarius allegat Ochamum *Diul.* p. 3, cap. 16. Porro ibi mihi tale legitur. Cf. ejus opera edita a Göhlasto in *Monarchia s. Rom. imperii*, Francof. 1614. tom. II, p. 783. Quod si in lib. III. Tractatus tertius cap. 16, p. 854. refert effatum s. Hieronymi assentientis « libros Ecclesiastici et Sapientiae legi in Ecclesia ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam », ac præterea extendit ad libros etiam Judith et Tobias quod dixit s. Greg. M. de libris Machabaeorum, non ad detrahendum horum voluminum auctoritatem, hec protulit Ochamus, sed ut ostenderet minus efficax argumentum inde desumti, defectu extrinsecus auctoritatis, seu solemissis Ecclesie judicii, quo in album librorum canonorum referrentur, prout animadvertisimus cum explanationibus illorum duorum patrum effata.

(3) Cf. in *pref. super librum Tobie*. Ed. Lugd. 1590. tom. II, col. 1493.

(4) Scribit enim loc. cit. edit. Lingdun. 1583. tom. I, p. 65. de libris *Sapientiae* et *Ecclesiastici*, quos plures tribuant Salomon. De primo vero afflatus: quod « Apud Hebreos nusquam est secundum Hieronymum, scilicet in numero authenticorum librorum ». Adiicit vero in hoc libro agi: « de tractatu Judeorum quem fecerunt ad Christum occidentem ». De altero vero scribit: « Quoniam sit plenus morali sapientia, et idea ab Ecclesia receptus ad legendum, non tamen authenticus ad probandum ea quae veniunt in contentionem fidei », que sunt verba s. Hieronymi; adeoque eodem sensu accipienda sunt, quo paulo ante exposimus. Ejus mens adhuc melius dignoscitur ex his quae ibidem scribit tit. III. cap. 9, § 42, p. 83. loquens enim de quinque libris deuterocanonicis quos Hebrei inter apocrypha ablegant, hec habet « Ecclesia sancta tamen etiam apocrypha recipit ut vera, ut patet dist. 13. » Quæ obici adversarius non in loco ab eo allegato, sed leguntur in *Summ. Theolog.* p. 3, tit. 18. cap. 8, § 2. edit. Veron. col. 1043.

(5) Etenim Tostatus seu Abiliensis loc. cit. ab adversario expresse de libris Sapientiae, Ecclesiastici, Judith, Tobie, et Machabaeorum scribit, eos uti authenticos recipi ab Ecclesia; suscipit ac legi ab Ecclesia etc. Cf. *Enarrat. in pref. D. Hieronymi in lib. Regum quest. 27, 28 et 29. in Narratione vero pref. 1. in Paralip. Quest. 7.* exponit quo sensu libri qui extra canonem Hebraeorum reperiuntur, recepti tamen sunt ab Ecclesia, apocryphi vocentur. Demum in *pref. in Evangel. s. Matth. quest. 1, 2 et 3.* ac præcise in quest. 2. leguntur quæ opponit adversarius: en eius verba: « Imo nescit (Ecclesia) an Spiritu s. inspirati scriptores eorum dictaverint illos (libros) ». Idque asserit relative ad omninem certitudinem quam Ecclesia

et 1506, eadem repetit quæ tot alii auctores post s. Hieronymum dixerunt de canone Hebraeorum de quæ aliis libris ab Ecclesia receptis. Hos porro eosdem auctores secutus est card. Ximenes in sua Polyglotta Complutensi (1). Idem praestitit card. Cajetanus (2); hic tamen novitatis, ut solet, amore captus ulterius, quam par esset, progressus est in commentariis supra Scripturam, qui pedibus pavonis opportune admodum comparati a card. Pallavicino sunt (3); et in reprehensionem etiam suorum capropter Cajetanus incurrit (4).

Ad 11. N. Imo Græci et hoc tempore, et tate subsequenti convenerunt in admittendis uti divinis libris ab Ecclesia latina receptis, ut constat ex eo quod nulla unquam hac de re inter utramque ecclesiam excitata sit controversia. Quod si Leontius Byzantinus, Damascenus, Nieophorus uterque, Constantinopolitanus et Callixtus recensent canonem Hebraeorum, hoc ab ipsis fit absque detrimento aliorum librorum qui admissi ab Ecclesia sunt (5).

Ad 12. N. Etenim, ut patet ex hactenus expositis, concilium Tridentinum filum traditionis constantis et perpetuae Romanæ ecclesie secutum est in canone divinorum Bibliorum sanciendo; traditio hæc viguit in omnibus ecclesiis orientalibus et occidentalibus, que quad substantiam eosdem libris uti divinos tenuerunt non ad aedificationem solum, sed etiam ad firmanda fidei dogmata, ut omnia documenta ex patribus Græcis, et Latinis, ex Constitutionibus apostolicis, ex conciliis quæ adduximus, evidenter ostendunt, quibus plura alia præsertim post sec. IV, et V, adiicere possemus (6). His vero nullo modo opponuntur quæ ex s. Hieronymo aliisque qui eum secuti sunt aut deseriperunt, afferuntur ab adversariis, cum non loquantur nisi de libris canonici in presso sensu, de habebat de libris protocanonicis, ex defectu, ut si prius diximus, solemnis decreti nondum emissi, prout demum factum est in cone. Tridentino; alioquin non possit sibi ipsi constare.

(1) Cf. in *Prologo II. De his quæ ad lectionem N. T. sunt prænotanda*.

(2) Cf. in *comment.* in cap. X. lib. Esther ed. Lugd. 1639. tom. II, p. 400, col. 2.

(3) *Istoria del conc. di trento*, lib. VI, cap. 17, n. 2.

(4) Cf. Melch. Con. *De loc.* lib. 2, cap. 11. in resp. ad sextum argum. Cajetanum in V. T. *hebraizare*, in *Novo Erasmizare* in proverbiū cessit. Certe Witackerus opp. ed. Herbariae an 1590, pag. 60. Lutherum libros deuterocanonicos expungentes defendit exemplo Cajetani, qui ex can. N. T. epistolas Jacobi, II Petri, II et III Joan., Jude, Pauli ad Hebraeos, et partes controversias et alia quedam sustulerat, de quibus Lutheru nunquam venerit in mentem dubitare. Cf. Georg. Czuppon *iudicia vulg. edit. Libror. Sabariae* 1798. tom. I, p. 53 seq.

(5) Satius est percurtere indicem loc. sac. Scripturæ qui allegantur a s. Joan. Damasceno, ut patet eum promiscue addicere testimonia ex lib. Sapientiae, Ecclesiastici et Barach. Cf. ed. Le Quien, qui in adnot. I, ad cap. XVII, libri IV. *in fide Orthod.* observat s. Joan. Dam. canonem exscribere quem exhibuit s. Epiphanius in lib. *De pond. et mens. de quo superius diximus*.

(6) Ne prolixior sim in istorum catalogo texendo, cf. cit. Appendixem quæ in pref. generali exhibet el. Jos. Blanchini in *Indicibus canonice Scripturarum*. De auctoriis qui ab apostolorum ætate usque ad sac. concil. Tridentinum canonis divinæ. Scripturæ Indicem texerunt a pag. 3 ad 9. quorum plerique eundem catalogum sac. librorum sequuntur, qui confessus est a cone. Carth. III, et al. Innoc. I. et quem s. cœta est synodus Tridentina.